

1289. à 7. Decembris. Ex Arch: Cap. Vladisl:

243.

Confirmatio Magistri Cruciferorum
obligationis annui Censur Moven
Marearum Domini Episcopi Vladi:
Slaviensibus perpetuo solvendum de bo:
nis Llotoria.

88

Omibus hac visuris frater me:
nardus, Magister terra Prussia salu:
tem in Domino. Motum vobis facimus.
Quod cum Venerabilis pater Dominus
Vistlaus Vladislaviensis Ecclesia Episco:
pus in possessionem Villa Llotoria, qua
in Districtu Domini Cujavia sita habetur.
Auctoritate Venerabilis patris Domini Sa:
cobi Gnegnensis Archiepiscopi iudicis dele:
gati, a Reverendo in Christo Patre Domi:
no Joanne Tusculano Episcopo sedis apo:
stolicae legato indictus fuisset. Heynman:
nus, et frater ejus Nicolaus Cives de
Thorun, qui eandem villam, suo et Alber:
ti militis nomine possidebant, nolen:
tes mandato iurisdictionis huiusmodi contra:
dicere renunciaverunt coram nobis omni
juri et actioni, literis seu instrumentis
habitis et habendis, si quod vel si quod
eis vel eorum successoribus quocquam
titulo competebat, vel competere po:
terat in futurum. In alia vero par:
te Llotoria, qua ab altera parte
Drwancre inter nostrum territorium

continetur

continetur pro eo, quod idem Dominus
Episcopus suo et Capituli sui assensu
venditionem seu Donationem partis
ipsius, a Domino Simone Gallico factam
eisdem ratificando admisit, quatenus
ut in literis ejusdem Simonis continent,
prefati Cives censu sex Marcarum
qui de parte Llotaria predicta prius
Wladislaviensi Episcopo solvebatur, tres
Marcas annuas adjecerunt, obligantes
se et suos insolidum successores, quod
domino Episcopo Wladislaviensi predi-
cto, et ejus successoribus singulis annis
in festo Beati Martini plene censum
novem Marcarum exsolvent pecunia
usualis. Promiserunt in super pro se
et suis successoribus ydem Cives, omnem
fidelitatem, reverentiam et honorem
Episcopo et Ecclesie Wladislaviensi exhi-
bere. Et specialiter quod ad ea, quibus
renunciaverunt superius, nulla arte vel
ingenio ipsi vel eorum successores in pre-
judicium Ecclesie aspirabunt. In cu-
jus rei testimonium, nostro et Com-
mendatoris terre Culmen, et Thorunen,
sigillis presentem literam fecimus
communiri. Datum in Thorun Anno
Domini et 289^o in festo videlicet S.
Nicolai Confessoris. ~